



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

Tit. 1 [i.e. 15]. De Commodato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

In p[ro]p[ri]o, hoc est l. Cum precario 12. D. De precario.
Commodatum vero datur ad certum & determinatum usum, *Glos. in c. 1. in V commandato.*
Quod si vero is, qui precarium dedit, moriatur,
tunc non finitur precarium, sed transit ad ha-
udem concedentis, &c. *ut in verbis, non tam ex*
immediatis; l. Quidam §, quod Titio D. eod.

7. Sumitur autem precarium non solum pro
contractu, prout illud jam definitivus, sed et-
iam pro re ipsa, quae precario datur & accipi-
tur. Ita sumitur a Glos. in e fin. in V, precarium
h[ab]et, dum dicit precarium esse, quod precibus
ad uerendum datur, quamdiu patitur is, qui
coacescit. Ita etiam sumitur, quando dicimus
precium danti esse restituendum, quando-
cumque elibuerit.

8. Cum precario affinitatem habet Precaria,
qua tamen ab eo inter cetera distinguitur,
quod non possit revocari pro arbitrio conce-
deratis, sicut contractus, quo veluti precarius
usu fructus praedii Ecclesiastici alicui concedi-
tur, quinto quoque anno renovandus, c. i. hoc est.
Idque vel ad remunerandam donationem ab
eo Ecclesie factam, vel in gratiam ministe-
riorum, qua Ecclesie praestiterit, vel spe-
cierum praestiterit.

Et quamvis Hostien. distinguat Precarias
in plurali numero à Precaria in singulari, quasi
Precaria sunt contractus, quo veluti precarius u-
suetus praedii Ecclesiastici conceditur alii-
cu, etiam ultra vitam, quinto quoque anno re-
novandus, d. c. i. can. *Precaria x. qu. 2. & can. Lon-*
tinianum xxi. qu. 2. Precaria vero sit contractus,
quo conceditur alicui ususfructus praedii alicui
Ecclesiastici in tempus vita dumtaxat, ad
triplo vel duplo fructuum ipius rei, quam
Ecclesie dedidit, d. can. *Precaria & Glos. ibid.* qui de
quinquennio in quinquenium non renovetur.
Vetus tamen est, non differre, Abbas in d. c. i. nn.
3. *Scundum communem DD. opinionem:* prout
h[ab]et duo, Precarias, inquam, & Precariam con-
fundit etiam Cuiacius lib. 1. *De fessis Tit. 5.* Quā-
quam variis modis, & potissimum tribus, quos
seculer Abbas a. loco precaria fieri possit.

9. Dixi autem precariam seu precarias reno-
vandas de quinquennio in quinquennum:
quod sit non tam de juris dispositione, quam
secundum consuetudinem, ut paret ex a. e. Id-
que ad perpetuam nisi memoriam, ne scilicet,

cum ad hæredes & de persona ad personam
precaria transeat (nisi ad vitam alicuius con-
cessa fuerit, quod non constituit diversum spe-
cium ab ea, quæ ultra vitam conceditur, sed
modum dumtaxat diversum) facile ejus indu-
catur obliuio, arg. d. can. *Lingnitate xii. qu. 2.*
dicatque tandem rem accipiens, vel ejus hæres,
eam esse propriam, & non Ecclesie. Ideoque
sicut non petens investituram a novo domino,
cadit jure suo: ita non petens renovationem
precariæ, elapsio quinquennio; etiam si in
diuturnius tempus concessa fuerit, Abbas in d. c. i. n. 5.

10. Postea vero precaria, revocari, irratio-
nabiliter facta fuerit, & quidem ab ipso conce-
dente. Est enim singulare in alienatione rei Ec-
clesiasticae in Ecclesie præjudicium, ut possit
alienans rem alienatam repetrere, & contra-
factum proprium venire, cap. *Si quis sup. Dere-*
bis Ecclesie non alienandis.

Denique licet precaria jure civili videatur
incognita, tamen vestigium ejus extare vi-
detur apud Justinianum ip. *Novella 120. §. si ve-*
realiquis.

TITULUS. I.

De Commodo.

1. *Commodati acceptiones.*
2. *Definitio eiusdem explicata.*
3. *Commodati sintenetur de dolo; deculpa, la-*
ta, levi, & levissima.
4. *Afficio commodati directa & contraria.*

1. **Q**uemadmodum jus percipientum
fructuum ex praedio Ecclesiastico con-
cedi alicui precario potest, ita & Cleri-
cis singulis concessum est de fructibus benefi-
ciorum suorum quovis iniuste contractus, tam no-
minatos, quam innominatos. Vbi primo loco
ocurrit commodatum, quod cum Precariis
multum convenit; cum & Commodatum ad
preces alterius & recipientis gratia regulariter
fiat, §. item us cui insinuitur. Quibus modis re con-
trahitur obligatio. 2. Et sicut Precarium dixi-
mus sumi quandoque pro ipsa re precario da-
re, id est.

Oo 3 ea, i.e.

ta, interdum vero pro concretu, quo aliquid preclaro datur: ita etiam ista vocabula Commodatum, Depositum, Mutuum, Pignus subinde acipiuntur pro ipsa commodata (quasi ad commodum uentis data, *Glos. in c. unico in vi commodatum hoc tis.*, vel quasi cum modo & praescripto sine data) deposita, mutuata, pignoriata; interdum vero pro ipso contractu commodati, depositi, mutui, pignoris.

2. Et in hac posteriori acceptione Commodatum est contractus nominatus, quo res aliqua gratuitate alicui utenda conceditur ad tempus, nam, ac modum certum, ea lege, ut eadem res specie reddatur, *d. s. l. t. i. s. item in tis. D. de obligas. & action.* Atqueis quidem, qui sic rem suam alteri ad utendum concedit, dicitur Commodator seu Commodatas; qui vero accipit, Commodarius.

Per particulam, *gratuitam*, excluditur locatio, qua quidem res utenda datur, sed mercede constituta. Per particulam, *utenda*, excluditur Pignus & Depositum; & similiter contractus innominatus, qua in his contractibus non datur res ad utendum. Per particulam, *ad tempus, sine ac modum certum*. Excluditur Precarium, ut constat ex ante dictis. Et quia commodatum datur ad certum usum, ideo res commodata, antequam usus explicatus sit, repeti non potest, quia commodatarium juvari beneficio, non decipi oportet, *e. unico in fine hoc tis, ex l. in commoda eo s. sicut in fine D. eod ubi Paulus 1. C. ait, commodatum quidem ab initio, id est antequam contractum sit, esse voluntatis, id est pendere ex libero arbitrio commodatoris, sed contractu esse necessitatis, quia scilicet reperi res commodata, nisi exploro usum, non possit. Prateres quia res commodata ad certum usum, ideo si quis re aliter utatur, quem commodata sit, tenetur non tantum commodari, sed etiam furti, *l. Si ut certo s. quinim D. Comodat.**

Postremis verbis, *en lege &c.* excluditur Mutuum, in quo non eadem res, sed alia eiusdem generis & qualitatis redditur. A quo distinguitur insuper commodatum, quod in mutuo transfratur rei dominium; in commodato vero nec rei dominium seu proprietas, nec etiam possessio, *l. Res commodata 8. D. eod.* sed tantum usus conceditur. Ideoque si res commodata casu fortuito, sine culpa commodatarii perierit, non commodatario, sed commodanti perit, quia res

perit suo domino, *l. Pignus Cod. De pignorat. s. & debitor speciei interitu ejusdem liberatur.*

3. Cum autem commodatum commodatani tantum gratia contrahi soleat, ideo etiam regulariter commodatarius tenetur de dolo, de lae, levi, & levissima culpa, *d. l. Si ut certo s. mutuendum.* In qua haec regula traditur, ut a contractus incatur solius dantis gratia & modo, ut sit in deposito, tum praestitus dolus & laeta culpa tantum; exceptis quibusdam contra fibus, nempe mandati, tutelar, negotiorum gestorum, ob specialem in iis rationem si vero solius gratia accipientis, prout regulariter sit in commodato, tum praestitus & dolus & culpa omnis laeta, levis & levissima; excepto precario, in quo, quia ad libitum concedentis, vocari potest, non nisi dolus & laeta culpa praestitur, ut sic rem precario accipiens, gravata una, relevetur in alio: si denique gratia unius, que, ut in pignore, praestitur dolus, item culpa laeta & levis, non etiam levissima. Hinc etiam in commodato praestabatur dolus & laeta culpantum, si detur gratia solius commodantis, *i. g.* ad excipiendo ejus amicos. Casus vero fortuitus ex natura contractus regulariter non praestitur nisi estimatio rei in contractum veniret, vel conventio aut culpa vel morsa aliqua praecesserit, *d. l. Si ut certo s. mutuendum, l. Contraftus 2.3. D. De R. l. & d. c. unico b. t.*

4. Ex commodato duce oriuntur actiones civiles, una directa, altera contraria, quasi exposito respiciens directam. Directa datur commodatorem, vel ejus heredi, adversus commodatarios, & ejus heredem, *l. In commodato, sex hoc facio D. hoc sit.* ad rem commodatam, finito usu, integrum salvan, & cum accessione, omnique utilitate, si quae contigerit, repetendam, Contraria datur commodatario, & ejus heredi, contra commodatorem, vel ejus heredem, ad id, quod sua interest si res commodata ante usum explicatum auferatur, aut non permittatur commodatarius ea uti ad eum usum, ad quem commodata fuit: item ad consequendum damnum, si quod virtus rei commodata, celata a commodatore, illatum fuerit, & simul ad repetendos sumptus, in rem commodatam factos: exceptis tamen cibaris, & modicis impendiis, quae naturali ratione ad eum, qui reguntur, pertinet, *Vid. Wescab. D. ad h. it.*

TITULUS XVI.

De Deposito.

1. *Depositum unde dicatur, & quid significet.*
2. *Definitio.*
3. *Depositarium teneri de dolo regulariter.*
4. *Alioquin depositum directa & contraria.*

Precarium & Commodarum diximus esse contractus, qui sunt gratia recipientis: sequitur: *Depositum*, quod sit gratia concedentis.

Depositum, inquit Jurisconsultus in lib. 1. D. hoc est, quod cuiuslibet alicui datum est. Vix ex eo, quod ponitur, præpositio enim agit Depositum, ut ostendat totum fidem ejus esse commissum, quod ad custodium rei pertinet. Sed ibi samius Juris. Depositum pro ipsa redepositu, hic autem illud sumimus pro contractu.

2. *Depositum igitur est contractus, reinitus, quo aliquod alicui custodiendum datur, huiusmodi, nulla mercede data aut promissa. Ideoque cum in deposito res alicui tantum ad custodium datur, si depositarius ea utatur, actione & depositi & furti tenebitur; nisi patens sit cum deponente, ut uti re possit, l. Si factum est, d. 33. D. Depositus & deponens rem poterit eam repetere a depositario, quando cumque huerit: adeo ut exceptioni compensationis aduersus deponentem aut deductioni locus non sit, l. ult. C. De compensatis c. 2. hec sit, ne contractus, quies bona fide mitterit, ad perfidiam refutatur, d. c. 2. §. sane Et propterea non obstat, quod regulariter secus obtineat in aliis contractibus, l. 2. & 3. D. decompensat.*

3. Cum autem depositum regulariter constitutus grata solius deponentis, ideo depositarius tenetur præstatre dolum, l. Contractus 23. D. de regulis Iuris, etiam si pactus esset, de dolo teatetur, quia eiusmodi pactum contrarium est & bone fidei, in omnibus contractibus requiratur, d. 1. Contractus, & bonis moribus, l. 1. §. sicut venit D. hoc est. Abesse vero bona fides tuu præsumuntur, si v. g. rebus tuis falsis depositas res amiseris, d. cap. 2. Potest tamen dolus præsumi, etiam adulterius, pacto remitti ab eo,

cujus interest, quia hic periculum non est, ne depositarius invitetur ad peccandum in rem depositam, ut in priori casu.

Tenetur etiam de lata culpa, quæ est, non intelligere, quod omnes intelligunt, l. *Lata culpa 223. De verborum signis.* Ut si aperto ostio, ubi res est deposita, domum deserat, quia, ut Paulus I. C. ait in l. *Magna negligentia 26. D. de verbis signis.* magna negligentia culpa est, magna culpa dolus est. Non quod lata culpa sit verus dolus, sed quia in Jure comparetur dolo, l. i. *versic. sed eti. D. Si mensuratur.*

4. *De culpa levii ac levissima depositarius non tenetur, quia depositum regulariter gratia depositantis, non depositarii, contrahitur, d. 1. Contractus D. De R. I. Dico, regulariter, quia certis casibus etiam de levissima vel levii culpa tenetur, contra depositi naturam. Nam primum si aliquid mercedis sibi dati pro custodia pactus sit, aut recepit quid, tenetur de levii culpa, d. c. 2. h. t. l. Se ut certo §. *unus videndum D. Commodatus*, quia tam non deponentis tantum, sed & depositarii gratia contrahitur, d. levissima tamen culpa non tenetur. Secundum, si se ultrò deposito obtulerit, d. c. 2. l. 1. §. *se è D. eod.* Tertium, si convenierit inter deponentem & depositarium, ut hic de levii ac levissima culpa teneatur, quia pacta dant legem contractibus. Quartum, si sit in mora restituendi depositum, licet fortuito casu res perierit, d. c. 2. Alias casum fortuitum nunquam præstat depositarii, nisi id convenient, d. c. 2. §. d. l. 1. §. *si convenit, D. eod.**

De deposito apud Clericum, si forte dolo aut culpa ejus perierit res, vel deterior reddita fuerit, non tenetur Ecclesia cui Clericus depositarius servit, sed ipse Clericus: sicut nec de mutuo, quod Clerico datum fuerit, nisi quatenus probatur in Ecclesiæ utilitatem versum, e. 1. hoc sit penitus, in f. *De fidei usurpatione*, ne hoc casu Ecclesia locupletior fiat cum alterius injuria, l. Nam hoc natura D. De condicione, indeb Alius delictum personæ non debet redundare in damnum Ecclesiæ c. Cuiuslibet §. licet autem sup. De except. arg. c. 1. Et ibi Glos. in *facturam de prescrip. c.* Si Episcopum xvi qu. 6.

5. Ex deposito duæ similiter oriuntur actiones, directa & contraria. Directa est, quæ datur depositori, vel ejus heredi, aduersus depositarium, vel ejus heredem, ad repetendam rem de-

positam.